

me habere, si illuc isses, magnum locum; ea est illius principis φιλοτιμία<sup>(a)</sup>; esse tibi paratum.

Visconti, principe magnifico.

### LXXXVIIII.

#### IL MEDESIMO AL MEDESIMO<sup>(b)</sup>.

5

[B, c. 57 B; B3, c. 87 B].

**N**ON antea constituit michi restitisse te in Italia quam huc accederet vir probe eruditus Lucas Cretensis<sup>(c)</sup>, a quo primum id accepi; nam certus antea michi videbar, ex iis que a compluribus audissem, abiisse te trans Alpes, dum Romanorum<sup>(d)</sup> imperatorem, qui te evocarat, in Gallias sequeris<sup>(e)</sup>. ex illo autem cognovi, quod ita ab amicis tuis qui sunt Venetiis audierat, substituisse te Ticini, ubi precipuum locum et honoris et commodorum nactus<sup>(f)</sup> esses. que res magne profecto michi voluptati cum tua causa, cui omnia cupio, tum et mea fuit. dum enim permaneas in Italia, spero me vel absentem posse per te proficere in greca oratione. nam ego, quod in me est, nullam intermitto diem quin aliquid de Grecis legam. sed illud utique et previdi et tibi, si meministi, cum esses abiturus, predixi, certum habere me, si illuc isses, splendidum locum; ea est illius principis *(φιλοτιμία)*; esse tibi paratum. quod ita evenisse gaudeo, nam et honorem plurimum et σύνταξιν non exiguum habere te audio. que tamen omnia, si ad meritum tuum comparentur, exilia sunt nulliusque momenti. sed *(de)* hoc satis. Pallas est Bononie, ut nuper huc veniens accepi; de ceteris autem grece schole consortibus nichil hactenus comperi. 25 ego ubique tuus sum, cui plurimum debere me sentio cum ob doctrinam insignem benivolentiamque tuam in me, tum maxime ratione summe integritatis amplissimeque eruditionis tue.

Padova,  
estate (?) 1400.  
[Quest'epistola ripete le cose dette nella precedente, di cui è forse la seconda, accurata stesura].

(a) *P φιλοτιμία*. Vale. « Imperfecta ». (b) *B P. P. V. B<sup>3</sup>* senza titolo. (c) *B L. de Candia* (d) *Bischoff* (p. 26 nota) emenderebbe in *Romeorum* (e) *B* sequereris (f) Dopo nactus esses manca il resto in *B* PM c. 120 in marg.: « Ultra non extenditur epistola in vetustiori codice; in 4° autem [=B<sup>3</sup>] habetur integra, quam sic etiam \* reponere mea manu aequum duxi ».